Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuskripte

Urkundenabschriften von Laßbergs und von fremder Hand

Laßberg, Joseph von

Eppishausen (Erlen, Thurgau), 1826-1846 [ca., meist]

K 2913,14,34

urn:nbn:de:bsz:31-371325

Visual Library

Pag: Cod: 38. Venerabili viro Officiali Basiliensi, Otto Marchio de de Hochberg, olim episcopus indignus Constantiensis, Salutem in eo, a quo salus est iustorum ps xxxv.

Intellexi quod vos vidistis collecta, que ego sparsim posita, in sacre scripture, ~~tocis~~ Iurisque locis, quantum valui, non quantum volui, pueriliter collegi, nec tamen, omnia que vidi posui, et hoc faciente infirmitate mea, et maxime ignorancia, sum enim puer et loqui nescio, jeremie jmo A die que fuit XXV dies Julij. Anno ꝓ. Mcccc: l XL. ille rode ut scitis invitavit Litteris et verbis, episcopum hic, capitulum et cives, ad coronationem illius asini felicis in Basilea, sed nil profecit, qua fuit mecum idem Thomas rode usque ad festum andree, collegi illa, et medio tempore. ultra xl dies continuos non comedi x panes, nec aliquid de cibo, nisi sorbilia, et fui sic extenuatus, quod ultra mensem, non potuissem, direxisse calamum, pro toto mundo, in longitudine dominice oracionis, Et post quod potui feci, Et ideo quia ista vidistis, non audeo dicere, credidistis, Et quia hic unus fuit, die Lune ante purificacionem anno predicto, cum uno qui se gerit pro cardinali, qui vocabatur Bachenstain, ut credo, valde. ut percepi, intonando, verbis quibus voluit contra me, Cur ego presumerem contra sed statim deberem habere rursum, Ego ista que nunc occurrunt, ad confirmacionem priorum vobis notifico, aut pocius in memoriam revoco, et quod ipse Bachenstein, aut quivis alius, videat non me pecunia ductum, de scriptis meis, nec de veritate dicenda, erubesco vel timeo, dicens cum psalmista: &c.

Initium Cod: De Auctoritate et potestate summi Pontificis, contra & super concilium generale.

Egregio artis medicine doctori, Martino Bohemo fratri karissimo, Otto marchio de Hochberg, olim indignus Episcopus Constanciensis, Salutem in eo, qui dat salutem regibus. ps: cxliij. et qui mandat salutem ~~in medio terre ps: lxxiiij~~ Jacob ps: lxiij. Et operatus est salutem in medio terre, ps: lxxiij. Et quid dulcius est salute, quamuis salutis et pacis amatori, et auctori, contra salutem resistas, pacem et salutem eius ecclesie, tociusque christiane fidei et religionis, contra sacre scripture, sacrarum canonum, sacrarumque legum, que per ora principum diuinitus sunt promulgate, inpugnes, sattis verbisque contradicas, cum hiis, qui oderunt pacem et odiunt ps: cxix. Cum quibus et pacificus non sum, nec esse possum, quia non cogitatis, vel consideratis, quia pax, res et nomen dulce, Pax bonum comendatum ab omnibus, obseruatum autem a paucis, Et causa ambitio dominii, aut falcultatum, aut Liuor, aut odium, aut alia, que hic obmitto Videat sanctum Thomam, in glosa sua continuata, super verbo, Et aperti sunt oculi eorum, Luce vltimo. Nec cogitatis quod si dulcis est pax humana pro temporali vita mortalium, quanto dulcior est pax ~~diuina~~ diuina, pro salute ~~eco~~. xxiiij. q. 1. noli, Et quod pacis auctor, non bene colitur, nisi pacis tempore, in clem. dudum, de sepul, Et quod christus docuit pacem, dedit pacem, reliquit pacem, xxiij. q. i. nisi, Et plura dici possent, sufficiant ista, Et sic confidens de Christo, capite ecclesiae, qui et saluator corporis eius est, ad Ephes: v: c: vide si tu de corpore, vel de membris eius sis, in hac re, certamen tecum singulare inibo, et loquar tibi continere non non possum, sperans in eo, qui quondam aperuit os asini, Num: xxij. c., scribo tibi quod ipse asino suo permiserit. &c. &c.

Pag: 33.

Et quia bone frater ut intelligo, sermo eciam cottidie volat, et transit, contra sanctissimum dominum nostrum Eugenium ~~iiii~~, quia consilium Basiliense, attemptat, presumit et dicit, Eidemque sanctissimo domino nostro, heresis crimen impingit, et obicit, quod citatus et vocatus, per idem concilium, non venerit, et ideo deponendus fuerit, et ita quantum in eo fuit, &c &c.

Nota: Die erste abhandlung des bischofs Otto, welche von im seinem freunde dem Doctor Martin Behaim zugeschrieben ist, gehet durch 37 eingeschriebene folio seiten fort und endet anfangs der 38ten, wo die zweite, dem Official zu Basel zugeschriebene abhandlung über den nämlichen gegenstand beginnt.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg